

# **CÆSAR'S GALLIC WAR; FIRST BOOK, WITH VOCABULARY AND NOTES**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649517268

Cæsar's Gallic War; First Book, with Vocabulary and Notes by W. M'Dowall

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.

Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**W. M'DOWALL**

**CÆSAR'S GALlic WAR;  
FIRST BOOK, WITH  
VOCABULARY AND  
NOTES**



# CÆSAR'S GALlic WAR

## FIRST BOOK.

WITH

VOCABULARY AND NOTES.

BY

W. M'DOWALL,

LATE INSPECTOR OF THE HERIOT FOUNDATION SCHOOLS, EDINBURGH.

NEW EDITION.



EDINBURGH:  
OLIVER AND BOYD, TWEEDDALE COURT.  
LONDON: SIMPKIN, MARSHALL, AND CO.  
1882.

Price One Shilling.

294 · 4 · 120

PRINTED BY OLIVER AND BOYD, EDINBURGH.

C. JULII CÆSARIS  
COMMENTARIORUM  
DE BELLO GALLICO,  
LIBER I.

---

SYNOPSIS.

Soon after the government of Transalpine Gaul had been conferred upon Caesar, he learned that the Helvetti had long been concocting measures for the conquest of all Gaul, and that they were now on the point of carrying them into execution. By negotiation he gained time to collect such a force as he deemed sufficient to cope with theirs; and after fighting two battles, in which a great part of the Swiss nation perished, he sent back the remnant of that people to their native country.

On the termination of the Helvetic war, complaints were addressed to Caesar by some of the Roman allies, that Ariovistus, a German king, had made incursions upon their territories, and had even fixed his head-quarters within them. After vainly endeavouring to treat with this leader, Caesar marched against him. The Roman army were terror-struck by the reports they heard of the stature, prowess and fierceness of the Germans; but the general restored courage to his troops by an animating address to their officers. Subsequently, he had a conference with Ariovistus, but to no pacific effect; and the two parties having come to an engagement, the Germans were routed with great slaughter, at a distance of fifty miles from the Rhine, over which river very few escaped, Ariovistus himself having reached the further bank in a small boat which he found accidentally moored on the shore.

1. *GALLIA est omnis<sup>1</sup> divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua*

<sup>1</sup> *Omnis Gallia.* All Gaul, not at that time under the Roman sway. See *Gallia*.

Celtæ, nostræ Galli, appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus, inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgæ; propterea quod a cultu atque humanitate Provinciæ longissimè absunt, minimèque ad eos mercatores sepe commeant, atque ea que ad effeminandos animos pertinent, important; proximique sunt Germania, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt: quod de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute precedent; quod ferè quotidiana proliis cum Germanis contendunt, quum aut suis finibus eos<sup>1</sup> prohibent, aut ipsi<sup>2</sup> in eorum finibus bellum gerunt. Eorum<sup>3</sup> una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano; continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum; vergit ad septentriones. Belgæ ab extremis Gallie finibus<sup>4</sup> oriuntur; pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in septentriones et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenæos montes et eam partem<sup>5</sup> Oceani, que est ad Hispaniam, pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

2. Apud Helvetios longè nobilissimus et dñissimus fuit Oratorix. Is, M. Messala et M. Pisone consilibus, regni cupiditate inducta, conjurationem nobilitatis fecit; et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: per facile esse,<sup>6</sup> quum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc faciliter eis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur; una ex parte, flumine Reno latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte, monte Jura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia lacu Lemanu, et flumine Rhodano, qui Provinciam nostram ab Helvetiis dividit. His rebus fiebat, ut et minus late vagarentur, et minus facile

<sup>1</sup> Eos [Germanos]. <sup>2</sup> Ipsi [Helvetiis]. <sup>3</sup> Eorum [finium]. <sup>4</sup> Ab extremis finibus, i.e., from the northern limits. <sup>5</sup> Eam partem, &c., i.e., the south coast of the Bay of Biscay. <sup>6</sup> Per facile esse [dictans].

finitimis bellum inferre possent: quā de causa homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur. Pro multitudine autem hominum, et pro gloriā belli atque fortitudinis, angustos se fines habere arbitrabantur, qui, in longitudinem millia passuum octo, in latitudinem clxxx, patebant.

3. His rebus adducti, et auctoritate Orgetorigis permoti, constituerunt, ea, quae ad proficiscendum pertinerent, comparare; jumentorum et carrorum quām maximum numerum coēmtere; sementes quām maximas facere, ut in itinere copia frumenti suppeteret; cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt; in tertium annum profectionem lege confirmant. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. Is sibi legationem ad civitates suscepit. In eo itinere persuadet Castico, Catamantaledis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat, et a s. p. n.<sup>1</sup> amicus appellatus erat, ut regnum in civitate sua occuparet, quod pater antea habuerat; itemque Dumnorigi Edao, fratri Divitiaci, qui eo tempore principatum<sup>2</sup> in civitate obtinebat ac maximè plebi acceptus erat, ut idem conaretur, persuadet; eique filiam suam in matrimonium dat. Perfacile factū esse, illis probat, constata perfidere, propterea quād ipse sue civitatis imperium obtenturos esset: non esse dubium, quin totius Gallie plurimum Helvetii possent; se suis copiis quoque exercitu illis regna conciliaturum, confirmat. Hac oratione adducti, inter se fidem et iugurandum dant, et, regno occupato, per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Gallie<sup>3</sup> sese potiri posse sperant.

4. Ea res ut est Helvetiis per indicium enuntiata, moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt: damnatum poenam<sup>4</sup> sequi oportebat, ut igni cremaretur. Die constituta cause dictio[n]is, Orgetorix ad judicium omnem suam familiam, ad hominum millia decem, undique coegit; et omnes

<sup>1</sup> S. P. R. Senatu Populi Romani. <sup>2</sup> Principatum. Catamantaledes had held the rank of Rex or king; his son Casticus, only that of Princeps or Vergobretus, elected from year to year. <sup>3</sup> Totius Gallie, &c. Potiri governs an ablative or a genitive. <sup>4</sup> Damnatum poenam, &c. Order; Oportebat poenam sequi [eum] damnatum.

clientes obseratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit : per eos, ne causam diceret, se eripuit. Quam civitas, ob eam rem incitata, armis jussu exequi conaretur, multitudinemque hominum ex agris magistratus eogerent, Orgetorix mortuus est : neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consiverit.

5. Post ejus mortem nihil minus Helvetii id, quod consti-tuerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant. Ubi jam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, viros ad quadrungentos, reliqua privata sedificia incendunt ; frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt ; ut, domum redditionis spe sublatâ, paratores ad omnia pericula subeunda essent : trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre jubent. Persuadent Rauracis, et Tulingis, et Latobrigia, finitimis, usq; eodem usi consilio, oppidis suis vicisque exustis, una cum iis proficiuntur ; Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant, et in agrum Noricum transierant, Noreiaque oppugnabant, receptos ad se, socios sibi adsciscunt.

6. Erant omnino itinera duo quibus itineribus<sup>1</sup> domo exire possent : unum per Sequanos, angustum et difficile, inter montem Juram et flumen Rhodanum, vix quâ singuli carri ducentur ; mons autem altissimus impendebat, ut facile perpauci prohibere possent : alterum per Provinciam nostram, multo facilius atque expeditius, propterea quid Helvetiorum inter fines, et Allobrogum, qui nuper pacati erant, Rhodanus fuit, isque nonnullis locis vado transitur. Extremum oppidum Allobrogum est, proximumque Helvetiorum finibus, Geneva. Ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. Allobrogibus sese vel persuasuros, quid nondum bono animo in Populum Romanum viderentur, existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines eos ire patenterent. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, quâ die ad ripam Rhodani

<sup>1</sup> Duo itinera, quibus itineribus. Caesar sometimes repeats the antecedent, as, Diem dicunt, quâ die ; Diem instare, quo die, &c.

omnes convenient: is dies erat,<sup>1</sup> a. d. v. Kal. Apr. L. Pisone, A. Gabinio, consulibus.

7. Cæsari quum id nuntiatum esset, eos per Provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficiendi, et, quam maximis potest itineribus, in Galliam ulteriorem contendit, et ad Genevam pervenit. Provincie toti quam maximum militum numerum imperat (erat omnino in Gallia ulteriore legio una); pontem, qui erat ad Genevam, jubet rescindi. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt, nobilissimos civitatis, cujus legationis Nameius et Verudoctius principem locum obtinebant, qui dicerent, sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per Provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare, ut ejus voluntate id sibi facere liceat. Cesar, quod memoriam tenebat, L. Cassium consulem occisum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulsum et sub jugum missum, concedendum non putabat: neque homines inimico animo, data facultate per Provinciam itineris faciendi, temperaturos ab injuria et maleficio existimabat. Tamen, ut spatium intercedere posset, dum milites, quos imperaverat, convenient, legatis respondit, diem se ad deliberandum sumpturum; si quid vellet, a. d. Idus Apr. reverterentur.

8. Interea eâ legione quam secum habebat, militibusque qui ex Provincia convenerant, a lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, millia passuum decem murum, in altitudinem pedum sexdecim, fossamque perducit. Eo opere perfecto, praesidia disponit, castella communis, quo facilis, si, se invito, transire conarentur, prohibere possit. Ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit, et legati ad eum reverterunt, negat, se more et exemplo Populi Romani posse iter ulli per Provinciam dare; et, si vim facere conentur, prohibitum ostendit. Helvetii, eâ spe dejecti, navibus junctis, ratibusque compluribus factis, alii, vadis Rhodani, quâ minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, saepius noctu, si perram-

<sup>1</sup> Is dies erat diem quintum [vel die quinto] ante Kalendas Aprilias.